

subnata virgulta: destruas male fabricata per...

XI. Et Cameracensis Metropolita Ludovicus Berlaymontius...

XII. Ut hic Synodorum fructus haberi commodius possit...

Quo autem instructior ad Synodalia rerum tractationem...

Hac verò accurate investiget in primis, an qui vel jure...

An Regulares exequantur, quæ Tridentinâ constitutione...

Diligentissime quoque indaget, si quæ superiorum Provincialium...

Id deniq; omni Christianæ disciplinæ studio perspicuat, si quæ...

Quo studiosius autem id omne prætet, paucis ante diebus...

XIII. Præterea ad assequendum Synodorum præcipuum scopum...

Hæ personæ vulgò dicuntur Testes Synodales, de quibus...

XIV. Hanc perfectam ac integram præteritæ disciplinæ normam...

XV. Id expertus fuit S. Carolus, quemadmodum in sua ad Patres...

XVI. Quid igitur mirum, si in Belgicis nostris Synodis sub finem...

Ad hæc consideret quisque (verba sunt Matthiæ Hovii in oratione Synodali)...

CAPUT III.

Qui Decretis Synodorum Provincialium sint subjecti; & de confirmatione Sedis Apostolicæ super his Synodis,

- 1 Qui Episcopis subjiciuntur quocumque titulo, etiam his Synodis subjiciuntur.
2 Exhortatio Archiepiscopi Mechliniensis pro obedientia Decretis Synodorum exhibenda.
3 Quare postremis temporibus pro confirmatione recursum fuerit ad Sedem Apostolicam?
4 Synodus Provincialis Mechliniensis prima petiit confirmationem à Sede Apostolica.
5 Nonnulli articuli reformationis istius Synodi missi fuerunt ad Archiepiscopum Mechliniensem.

6. Exem...

- 6 Exemplar litterarum, cum quibus dicti articuli missi fuerunt.
7 Reformationes seu annotationes editæ non fuerunt, nec Decreta Synodi immutata.
8 Referuntur quedam illarum annotationum ex quodâ manuscripto; & primum ad Titulum De Sponsalibus.
9 Annotatio ad Titulum De Jejunii.
10 Ad Titulum De Sigillis.
11 Ad Titulum De Ministris Ecclesiæ.
12 Ad Titulum De Decanis.
13 Ad Titulum De Seminariis.
14 Ad Titulum De Unionibus.
15 Synodus Provincialis Mechliniensis secunda confirmationem Sedis Apostolicæ petiit & obtinuit.
16 Aliqua in ea fuerunt mutata, sed quæ ignoratur.
17 Plures Synodi Provinciales similiter in Gallia confirmate fuerunt.
18 Synodi Mediolanensis Sancti Caroli per speciale Breve confirmationem Sedis Apostolicæ obtinuerunt.



Un exempti in omni materia non exempta; & omnibus iis casibus, quibus vel ex speciali Sedis Apostolicæ, vel Concilii Tridentini Decreto Episcopis subijciuntur...

Hinc teste Fagnano ad Cap. Et si membra de his quæ sunt à Prelato sine consensu Capituli n. 51. & 52. declaravit Sacra Congregatio...

II. Optandum sanè esset, ut nemo contra id quod verum, justum & sanctum est, quod Canonibus veteribus, quod denique novo juri Sacrosancti Concilii Tridentini conformis, sui Capituli, sui Monasterii, suæ Ecclesiæ consuetudines allegat...

III. Quia his postremis temporibus frequenter ipsi Exempti, præsertim Regulares, prætextu suarum exemptio-num se subijcere tenebant Decretis Synodorum Provincialium...

sunt, ad Sedem Apostolicam recurrere, ut ab ea Decretorum Synodalium approbatione & confirmatione obtentâ facilius, promptior atq; efficacior Decretorum haberetur executio...

Et quidem pleraque Synodos Provinciales post Synodum Tridentinam habitas, Sedis Apostolicæ confirmationem seu approbationem postulatæ, & obtinuisse, eorum actus liquet.

IV. Synodi Provincialis Mechliniensis habitæ sub Cardinali Granvellano primo Mechliniensium Metropolita Decreta Sedi Apostolicæ fuisse præsentata; innuit hæc finalis Synodi clausula: Submittens se suaque omnia be-neplicio Sanctæ Sedis Apostolicæ, quam humiliter rogat, ut eadem, quo meliorem habeant progressum, suâ auctoritate roborare dignetur.

V. Nihil quidem impreitâ Synodi hujus exemplaria de hac sedis Apostolicæ roboratione, aut judicio ejusdem Sedis de Synodalibus hæc Decretis habent; at in quodam libro, quem bibliothecæ Collegii Mechliniensis in Academia Lovaniensi dono dedit Claudius Verrydt Archiepiscopus Rothnacen-sis, habetur manu ejus propriâ exaratum exemplar articulo-rum reformationis dicti Concilii Mechliniensis...

VI. Litteræ erant directæ ad Cardinalem Granvellanum Archiepiscopum Mechliniensem in hæc verba: Illustrissime & Reverendissime Domine noster colendissime. Cam Amplissimorum Patrum sacri Concilii Trident. Interpretum Ordo Provinciale Synodum Mechliniensem nobis seorsim tribus inspiciendam atque discutendam dederit, ea cura, ut si quid in ea nobis notatione dignum videretur, id ad Ordinem ipsum referremus...

In eodem libro eadem manu exarata sunt, annotationes ad plura ejusdem Synodi Decreta; de quibus in dictis litteris trium Cardinalium, quibus à Congregatione super interpretatione Concilii Trident. examen Concilii Provincialis Mechliniensis demandatum fuerat.

VII. Quid tandem à Granvellano responsum sit, nescio; id constat, Decreta illius Synodi nullam ex dictis annotationibus mutationem accepisse; sed edita esse, hodieque extare quemadmodum Romam missa fuerant; uti ex collatione Decretorum cum dictis annotationibus, quarum præcipuas hic ex dicto MS. subijcio, poterit videri.

VIII. Titulo de Sponsalibus & Matrimonio, ad cap. 4. & 5. hæc erat observatio: Non est permittendum, ut à volentibus contrahere Matrimonium, aliquid exigatur: ideo loco illorum verborum: Decant autem &c. appo...

